

F I D E S.

UT verbum est fidei semen, ita quoq; ejusdem augmentum.

Fides est lux non solum credentis, sed etiam aliorum.

Oleum misericordiae non ponit Deus nisi in vase fiducia. Bernh. serm. 3. annunc. col. 113.

Intelligere & credere sibi invicem repugnant.

Timor Dei & fides sunt velati anima bonorum operum.

Fidei incrementa ex operum qualitate sunt aestimanda.

Christus per verbum resurrectionem prius manifestat, antequam seipsum exhibeat; sic in hac vita ambulamus per fidem, antequam perveniamus ad speciem, 2. Corinth.

5. v. 7.

Quatenus in bonis Domini fiducia pedem porrexeris, eatenus possidebis. Bernhard. serm. 32. in Cant.

Theatrum justificationis clausum operibus, soli autem Christo & fidei sacratum.

Impossibile est fidem esse sine assiduis, multis & magnis operibus. Luth.

Fides lux est, separa splendorem à luce, & opera separare poteris à fide.

Gratia in articulo justificationis opponitur non solum malis, sed etiam bonis operibus,

S 4.

atque